

Off. sig. 4.

Q. D. B. V
PRAEMISSA HOS. II SEGM. XIX -- XXII
EXPOSITIONE

X

EXAMEN
AVTVMNALE
DEO IVVANTE IN ILL. GYMNAS
CASIMIR. ACADEM. CVM ORATIONE
CENSORIA

A. D. IV. V. ET VI. OCTOBRIS

IN SCHOLA SENATORIA

A. D. VII. ET VIII. E. M. MDCCCLXXIX

HABENDVM

INDICANT

α.

DIRECTOR
ET
RELIQVI PROFESSORES

COBVRGI
FORMIS AHLIANIS

7539

HISTORIA JASOONI ET CANTAB.
ORNAMENTA
CONFESSIO
UNIVERS.
ZVHALLE

In segmento 19. etiam deprehendimus aliquam interpretationis varietatem, quam Isaacides quidem sic proponit: לא יכחו עוד ישראל בשמות של בעלים או לא יכחו הבעלים בשמות של ישראל ליום שהם אלהות להם או לא יכחו שם הבעל 'עד כרא' ואהילים כליל הלוות: Neque commemorabuntur amplius Israëlitae cum nomine eorum, videlicet Baalim, aut non commemorabuntur Baalim cum nomine eorum, scilicet Israëlitarum, id est, illa esse horum idola, aut non commemorabitur nomen Baalim amplius, ut dicitur etiam Ies.2,18. In priori parte huius segmenti natio Israëlitica adhuc propонитur ut mulier, Deum non amplius, mi Marite, sed, mi Vir, inuocans. In posterioribus vero huius segmenti verbis, more Hebraeorum, de singulis dicitur Israëlitis, eos non amplius cognominatum iri nominibus eorum, id est, Baalim. Quae explicatio eo probabilior est, quia in segmento proximo sequente oratio in eodem numero ac genere continuatur: Atque arcebo in rem eorum, Israëlitarum, illo tempore, feras agrestes. Eandem interpretationem praetulerunt Graecus, Latinus, Syrus, Arabs et Saadias apud Kirnchium, quia vocabulum proximum praecedens עתיד, quemadmodum hic adiungit, pertineret ad Israëlitas, et quod futurum esset tempus, quo gentes etiam a veritate alienae non amplius essent idololatrac, auctore Sophon. 3,9. Postremum interpretandi genus adhibitum est a Chaldaeo et V. S. R. Dathio.

De

De segmento 20. scribit Kimchius, illud esse explicandum ut Hiob. 5, 23, Ies. 11, 6 et 2, 4. Idem duplice nominis מַלְכָּתֶךָ explicatum affert. Chaldaeus enim intelligit bellatores. Alii vero cum Ezride reliquum instrumentum bellicum praecoptant, praeter arcus et gladios, qui nominantur. Theodoreetus quidem ultima Graeci vocabula, καὶ κατοιῶ ἀντεῖς ἐπ' ἑλπίδι, sinistre interpretatus est de bonis aeternis, quae a Deo his verbis promitti opinatur, adscribit enim: Περὶ τάντης δὲ τῆς ἑλπίδος ὁ μακάριος λέγει Πάντος τῇ γαστὶ ἑλπίδι, ἐσώθημεν. Εἰπεὶ δὲ θλέπομεν εἰς ἔσω ἑλπίδι αὐτῷ θλέπει τις, τι καὶ ἑλπίζει; εἰ δὲ διὰ θλέπομεν ἑλπίδομεν, διὰ υπομονῆς ἐκδεχόμεθα. Καὶ ὅτι περὶ τάντης ἔφη τῆς ἑλπίδος, καὶ ως ἔτερας, τὰ ἐπαγόμενα μαρτυρεῖ. De qua spe dicit beatus Paulus, Rom. 8, 24. 25, rebus enim sperandis beatum. Res autem sperandae, quae simul videntur aut habentur, non sunt sperandae, quomodo enim sperare aliquis potest, quae possidet? Quod si speramus, quae non habemus, eadem fortis expectamus tolerantia. Miramur ergo ab eodem potuisse adiici: Prophetam de his rebus sperandis, nec de alia re, loqui, testantur sequentia. Facile enim patet, varios esse τὴς ἑλπίδος significatus, quos Theodoreetus in hac annotatione inter se confudit. Quamuis hic Hieronymum sibi habeat consentientem, „Deus“, inquietem, „confregit potentias“ „arcuum, scutum, gladium et bellum, quibus fractis et contritis dormient credentes fiducialiter, et sub uno pastore requiescent, siue sperabunt in his, quae oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non adscenderunt, quae praeparauit Deus diligentibus se:“ illud certe ex contexta clarissime appetit oratione, prophetam in loco hoc de bonis loqui adspectabilibus, ac de secura, quietaque in his terris habitatione, praesertim quum in sequentibus demum segmentis de rebus non adspectabilibus, bonis spirabilibus, coniunctione animorum cum Deo Hoseas agere instituat.

LXXXI § XIX. Explicatur Hos. 2, 21. 22.

§ XIX.

Explicatur, Hos. 2, 21. 22.

Haec segmenta sic interpretamur: *Tum desponebo te mihi in aeternum: tum desponebo te mihi innocentia et in iudicio, cum pietate atque amore intimo: tum desponebo te mihi fide mihi habenda: tum me redamabis.* Annouimus iam, bonis adspectabilibus ac terrestribus antea commemoratis, subtexi in his versibus, beneficia spirabilia, atque ad animos eorumque beatitatem pertinentia. Itaque despontendi verbum ad coniunctionem Dei cum animo humano pertinet, quae cum arctissimo matrimonii vinculo comparatur, quae etiam est Ezridae sententia ad h. l. Deut. 22, 23 allegantis, et Kimchii, putantis sponsam opponi scorto Hos. 1, 2 commemorato. Sunt vero interpres, qui haec omnia vel ad ecclesiam antiqui et noui foederis, vel ad externa populi Iudaici fata referant. Ad ecclesiam antiqui foederis et noui referunt hunc locum Hieronymus adscribens: „Primo de-
„spontit eam in Abraham, iude in Aegypto, ut vxorem ha-
„beat sempiternam. Secundo in monte Sinai, dans ei pro
„sponsalibus legis iustitiam atque iudicium, et iunctam legi
„misericordiam, ut quando peccauerit, tradatur captiuitati,
„quum egerit poenitentiam, reuocetur in patriam, et mi-
„sericordiam consequatur — Nouissime venit Dei filius, Do-
„minus Iesus, quo crucifixo et a mortuis resurgente, de-
„sponsatur, nequaquam in legis iustitia, sed in fide et
„gratia euangelii.“



3d 6020 II

(2)

ULB Halle
003 772 209


3



TA-206

KM Wt.

B.I.G.



Q. D. B. V

PRAEMISSA HOS. II SEGM. XIX — XXII

EXPOSITIONE

X

EXAMEN AVTVMNALE

DEO IVVANTE IN ILL. GYMNAS.
CASIMIR. ACADEM. CVM ORATIONE
CENSORIA

A. D. IV. V. ET VI. OCTOBRIS

IN SCHOLA SENATORIA

A. D. VII. ET VIII. E. M. MDCCCLXXIX

HABENDVM

INDICANT

DIRECTOR
ET
RELIQVI PROFESSORES

C O B V R G I
F O R M I S A H L I A N I S

α.

